

773 [=5236] rep. non longe ab agro qui hodie adhuc dicitur *Gerione*, in *Montorio nel luogo detto Piano*, ubi saepe sepulcra multique nummi Honorii et Iustiniani inveniuntur; antiquam Geryonem ibi fuisse credunt. Extat Larini apud baronem Magliano.

S
A T E
I · MV
ANTO
5 RISIM Descripsi.

774 Larini nell' interno del seminario in un gradino della stanza del vicerettore.

CL
M I L I S
ONIVGI
ENE · MER
5 ENTI · P
P
Recognovit Dressel. Caraba ann. inst. 1854 p. 25.

Principia versuum latent in muro. — 1 sic Dressel, . . . NICTae Car. — 2 /MIL·IS, de puncto dubitans, Dressel; . . . MILLIS Car.

775 rep. Olivoli ad S. Barbati, est Casacalendae apud Franceschinum.

BI · V
VERV
O

Dressel descripsit.

776 Larino vecchio in monasterio Capucinorum.

CONI
B M

Dressel descripsit.

777 hora una et dimidia a Larino sept. versus in loco q. d. *Macchia Perazza, presso un pagliaro*.

INER · P · XII · INAG · P · X

Dressel descripsit.

778 Larini *vico Freddo n. 4* in pavimento intus.

XII · IN · A · P · XIII

Dressel descripsit.

779 Larino vecchio in hortis Ioh. Franc. de Gennaro.

IN · FR
P · XII

Dressel descripsit.

780 extra Larinum *alla casina Sozio*.

AGRO · I · A

Dressel descripsit.

781 Larini in domo canonici Mich. Perrotta pro gradu.

IN AGRO

Dressel descripsit.

XXXII. LVCERIA (*Lucera*). *Tribu Claudia*.

Luceria (*Λουκερία* Polybius 3, 88. 100 bis et ex eo Steph. Byz.; *Λουκερία* Strabo 6, 1, 14. c. 3, 9; pro *Luceria* *Νουκερία* Appianus 2, 38; *Νουκερία* *Ἀπουλῶν* Ptolemaeus 3, 4, 72; *Nucerie Apulie* Peutingerana supra p. 26 mero errore opinor omnes) apud posterioris aetatis auctores interdum dicitur *Luceria Apula* (sic hemerologium Allifanum I. N. 4742: *Lucerin[is] Apulis* et titulus Aquincensis vol. III n. 3544, ubi errore quadratarii est LVCERIA APIA pro APVLA; item auct. de viris ill. 30; Ptolem. I. c.; Peutinger.), quamquam altera Luceria non extat. Denique aetate labente a Constantino nuncupata est *Constantiniana* (n. 804). Palladio a Diomede scilicet accepto insignis pariter ac Roma et Lavinium (Strabo II. cc.; Preller mythol. Rom. p. 265) Luceria per bellum Samniticum a. u. c. 439 vel 440 a Romanis expugnata est (Liv. 9, 15 cf. c. 2. 12. 22, 14, 12; auct. de vir. ill. 30) et statim eo colonia missa iuris Latini. Ita Romani quid profecerint, plene explicat Diodorus 19, 72 ad a. 439: οἱ δὲ Ῥωμαῖοι . . . ἀποικίαν ἐξέπεμφαν εἰς Λουκερίαν (λουκερίαν vel λοκρίαν codd.) πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐν τοῖς τόποις ἐκ ταύτης δὲ ὁρμώμενοι διεπολέμουσαν τοῖς Σαρνίταις, οὐ κακῶς τῆς ἀσφαλείας προνοησάμενοι. διὰ γὰρ ταύτην τὴν πόλιν οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ἐπροτέρησαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς μετὰ ταῦτα γενομένους ἕως τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων διετέλεσαν ὁρμηγητῆράς χροῦμενοι κατὰ τῶν πλησίον ἐθνῶν. Addit Livius (9, 25 ad a. 440) senatum dubitavisse, num colonia eo mittenda esset propter longinquitatem, vicisse tamen sententiam, ut coloni mitterentur missosque esse duo milia et quingentos. Velleio 4, 14 auctore deducta est a. 429. Ita Lucerinis bello Hannibalico vel maxime Romani innisi sunt (Polyb. 3, 88: ἀρχάμενος ἀπὸ Λουκαρίας οὐσης ἀποικίας Ῥωμαίων. c. 100. Liv. 22, 9. 23, 33. 37. 27, 40). Cives Lucerini nummos complures, sed aeneos omnes nec nisi Latine inscriptos aut fuderunt aut cuderunt, inter quos insignes sunt asses antiquissimi magistratuum nomina enuntiantes sic: L·PNVIO·L·F·C·MODIO·CN·F et SE·ROS·P·BAB (vol. I n. 5; Ritschl P.L.M. tab. V D et tab. VI W). Antiquiores nummi oppidi nomen prima tantum littera significare solent; in recentioribus legitur fere LVCERI. Romanos quoque complures nummos tam argenteos quam aeneos ibi cudi iussisse signo notatos L probabile est (v. conspectum apud Sambon *monn. de la presqu'île italique* p. 206 seq.). Eiusdem aetatis *praefecti* sunt numero tres nominati in titulo antiquissimo n. 800. Bello sociali Lucerinos a Romanorum parte stetit probabile est; quin eo tempore civitatem acceperint municipes facti, dubitari non potest. Tribui adscripti sunt Claudiae (n. 783. 794. 797.

806. 843. 852. 884). Aetate Ciceroniana bellorumque civilium Luceria passim memoratur (Cicero pro Cluentio 69, 167; ad fam. 15, 15, 4; ad Att. 7, 12, 2; ep. 20, 1. 8, 4, 1. 2; Caesar b. c. 4, 24; Lucan. 2, 473; Appian. b. c. 2, 38; Orosius 6, 45). Strabonis aetate aliquantum imminuta fuit (p. 284: καὶ αὕτη δ' ὑπῆρξε πόλις ἀρχαία Δαυνίων, νῦν δὲ τεταπεινώται), sed tamen postea quoque satis frequens mansit celebrata propter lanam (Horatius od. 3, 15, 14: *lanae prope nobilem tonsae Luceriam*). Quae extat in Peutingerana appicta domus magna adscriptum habens *praetorium Lauermanum* num sit praetorium quoddam Lucerinum, non constat. — Coloniam eo deductam esse constat ex Plinii testimonio 3, 14, 104, quod confirmant tituli duo n. 788 anni p. Chr. 203 et n. 804 eiusdem fere aetatis, item quodam modo n. 799, denique quod legitur in libro coloniarum (p. 240 cf. p. 261): *ager Lucerinus kardinibus et decimanis est adsignatus, sed cursum solis sunt secuti, et constituerunt centurias contra cursum orientalem actus n. LXXX. et contra meridianum actus n. XVI: efficiuntur iugera n. DCXL. iter populo non debetur*. Magistratus non inveniuntur nisi IIIviri, scilicet IIIviri *quinquennales* (n. 803; cf. . . *Ivir quinq.* n. 804 et n. 936), IIIviri *iure dicundo* n. 803; IIIviri *nude* (IIIvir *domo Luceria* in titulo Attico vol. III n. 6544a, IIIvir *Luceria* n. 806), sed nullus est inter IIIviros certos, quem constet Vespasiano posteriorem esse eiusque aetatis, qua certum sit Luceriam coloniae formam habuisse. Contra unus eorum titulorum, Atticus scilicet, aetatis est Ciceroniana. Aedilium memoriam adhuc in titulis nullam habemus, nisi quod in fastis n. 786 probabili ratione suppleti sunt. *Quaestor* est n. 804; a fastis tamen citatis afuisse videtur. *Curator muneris* videtur reperiri n. 804. *Pontifex* adest n. 803, item *Augustales* (n. 938 *Aug. Luceriae*; item n. 808—813. 816 cf. 934) et *Apollinares* n. 814—817. De auctoribus Apulis cum supra exposuerimus, hic agendum est de Lucerinis propriis. Redit autem res fere ad familiam antiquissimam et nobilissimam Lucerinam LOMBARDIORVM, quae per integrum saeculum in colligendis et conservandis lapidibus Lucerinis elaboravit. DOMINICVS LOMBARDI et in *schediasmate de columnis quibusdam novissime Luceriae detectis* (Neap. 1748. 4. pp. 16) et in *diatriba de Luceriae nomine ac conditore* (Neap. 1748. 4. pp. XXV) et maxime in sua *ad Onuphrium Scassa de colonia Lucerina epistola* (Romae 1752. 4. pp. 85: excerpit inde lapides scriptos Giustiniani *diz. geogr.* V, 304—306 additis ineditis quibusdam aliunde acceptis p. 303. 304) monumenta Luceriae publici